

Calamus florescens

...Inde certamine accenso Collatinus negat uerbis opus esse: pauis id quidem horis posse sciri quantum ceteris praestet Lucretia sua...

...ubi potitur rarus Romulus praedam Curantes magna cum cura tum cupientes Regni dant operam simul auspicio augurioque.

...num indignanti similem similemque minantem aspiceres, pontem auderet quia uellere Cloelia et fluium uinclis innaret Cloelia ruptis...

...abheretur, uir canalicinus atque ornaticinus nostrae ciuitatis, de cuius laude neque hic locus est et multa dicantur neque plura. tamen diu possunt eam populus Romanus memoria retinet, diem Scawlus dicit, postea quam comperit eam posse uiuere.

**Terminus inscriptionis:
1-30 mensis Novembris**

Certamen: die 14 mensis Decembris

*...saucius at quadrupes nota intra tecta refugit
successitque gemens stabulis, questuque cruentus...*

...alia muris,

*alia Tiberi obiecto uidebantur tuta: pons sublicius iter
paene hostibus dedit, ni unus uir fuisset, Horatius Cocles;
id munimentum illo die fortuna urbis Romanae habuit.*

Calamus florescens



Collegium Latinitatis

Quid est?

→ Est certamen ad facultatem latine scribendi exercendam.

Qui possunt partes habere et quomodo?

→ Discipuli qui in schola secundaria linguam Latinam discunt (minores XVIII annis). Eorum praeceptores nuntium mittent ad collegiumlatinitatis@collegiumlatinitatis.com.

In qua re certabunt participes?

→ Participes litteris mandabunt aliquam fabulam de historia Romanorum aut de mythologia Graeca, sine ope ullius grammaticae vel lexicī. Ecce repertorium fabularum de quibus discipuli possunt scribere:

- *Ortus et pueritia Romuli et Remi*
- *Mors Romuli*
- *Raptus Sabinarum*
- *Tarpeia*
- *Horatii et Curiatii*
- *Initium et finis regni Tarquinii Superbii*
- *Medea*
- *Minotaurus*
- *Hippomenes et Atalanta*
- *Orio et Scorpio*
- *Iudicium Paridis*
- *Venus, Vulcanus ... et Mars*

→ Die constituta, tria argumenta ad scribendum sorte nuntiabuntur, quorum participes unum tantum exarabunt.

→ 45 minuta est tempus maximum ad fabulam componendam.

Ubi erit certamen?

→ Ii qui Valentiae habitant coram convenient (locus suo tempore nuntiabitur)

→ Ii qui peregre habitant certamen agent via Skype (moderatores modum statuent)

Qui erunt iudices?

→ Moderatores Collegii Latinitatis scripta participum aestimabunt.

Quomodo aestimabuntur exercitia?

→ Inter rationes aestimandi haec imprimis proponuntur: observatio grammaticae; variatio atque difficultas in vocabulis ac structuris seligendis; concinnitas fabulae et consensus et ligamen inter rem, verba ac textum.

Quod praemium proponitur?

→ Victor certaminis testimonium accipiet atque praemium 75 nummorum; alter a victore accipiet testimonium 'accessit' et praemium 45 nummorum.